

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Quid sit contumelia? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

De iniurijs verborum quæ inferuntur extra iudicium, in quatuor articulos diuisa.

D Einde considerandum est de iniurijs verborum, quæ inferuntur extra iudicium. Et primò, de contumelia: secundo, de detractione: tertio, de surratione: quarto, de maledictione.

¶ Circa primum queruntur quatuor.

¶ Primo, quid sit contumelia.

¶ Secundo, vtrum omnis contumelia sit peccatum mortale?

¶ Tertio, vtrum oporteat contumeliosos reprehendere?

¶ Quarto, de origine contumeliaz.

ARTIC. I.

397 *Vtrum contumelia consistat in verbis?*
q. 57. ar. 1. Et Ps. 43. col. 6. Et Ro. 1. Is. 8. co. 4. **A**d primum sic proceditur. Viderur, quod contumelia non consistat in verbis. Contumelia enim importat quoddam nocumentum proximo illatum, cum pertineat ad iniustitiam. Sed verba nullum nocumentum videntur inferre proximo nec in persona, nec in rebus. Ergo contumelia non consistit in verbis.

¶ 2 Præterea, Contumelia videntur ad quandam dehonorationem pertinere. Sed magis aliquis potest in honoriari, seu vituperari factis, quam verbis. Ergo videntur quod contumelia non consistat in verbis, sed magis in factis.

¶ 3 Præterea, Dehonoratio, quæ fit in verbis, dicitur conuictum vel improperiū. Sed contumelia videntur differre a conuictio, & ab improperiō. Ergo contumelia non consistit in verbis.

S E D contra, Nihil auditu percipitur nisi verbum. Sed contumelia auditu percipitur, secundum illud Ierem. 20. Audiui contumelias in circuitu. Ergo contumelia est in verbis.

R E S P O N D E O dicendum, quod contumelia im-

QVÆST. LXXII. ART. I.

191

importat dehonorationem alicuius. Quod quidem contingit dupliciter. Cum enim honor aliquam excellentiam consequatur, uno modo aliquis alium dehonorat, cum priuat eum excellentia, propter quam habebat honorem: quod quidem sit per peccata factorum, de quibus supra dictum est*. Alio modo q. 64. 65. cum aliquis id quod est contra honorem alicuius, dicitur in notitiam eius & aliorum. Et hoc propriè pertinet ad contumeliam: quod quidem sit per aliqua signa. Sed sicut August. * dicit in secundo li. 2. c. 3. de Doctrina Christiana, Omnia signa verbis comparata, paucissima sunt. Verba enim inter homines obtinuerunt principatum significandi quæcumque animo concipiuntur. Et ideo contumelia, propriè loquendo, in verbis consistit. Vnde Isidorus * dicit in libro Etymolog. quod contumeliosus diciur aliquis, quia velox est, & tumet verbis iniuriae. Tamen quia etiam per facta aliqua significatur aliquid, quæ in hoc quod significant, habent virtus verborum significantium: inde est quod contumelia extenso nomine, etiam in factis dicitur. Vnde Rom. i super illud, Contumeliosos, superbos: dicit gloss. * quod contumeliosi sunt, qui dictis vel factis contumelias & turpia inferunt.

Ad primum ergo dicendum, quod verba secundum suam essentiam, id est, in quantum sunt quidam soni audibiles, nullum nocumentum alteri inferunt, nisi forte grauando auditum, pura cum aliquis nimis altè loquitur. In quantum vero sunt signa representativa aliquid in notitia aliorum, sic possunt damna multa inferre: inter quæ unum est, quod homo damnificatur quantum ad detrimentum honoris sui, vel reverentiae sibi ab alijs exhibenda. Et ideo maior est contumelia, si aliquis alicui defecuum suum dicat eoram multis: & tamen si sibi soli dicar, potest esse contumelia, in quantum ipse qui loquitur iniuste, contra reverentiam audentis agit.

Ad

192 QVÆST. LXXII. ART. I.

Ad secundum dicendum, quod in tantum aliquis aliquem factis dehonorat, in quantum illa facta vel faciunt, vel significant illud quod est contra honorem alicuius: quorum primum non pertinet ad contumeliam, sed ad alias iniustitiae species, de quibus supra dictum est*: secundum vero pertinet ad contumeliam, in quantum facta habent vim verborum in significando.

g. 64. 65.
66.

Ad tertium dicendum, quod conuitium & improperium consistunt in verbis, sicut & contumelia: quia per hoc omnia representantur aliquis defectus alicuius in detrimentum honoris ipsius. Huiusmodi autem defectus est triplex, scilicet defectus culpæ, qui representatur per verba contumeliosa; & defectus generaliter culpæ & poenæ, qui representatur per conuitium: quia vitium consuevit dici non solum animæ, sed etiam corporis. Vnde si quis alicui iniuriose dicat eum esse cæcum, conuitum quidem dicit, sed non contumeliam. Si quis autem dicat alteri, quod sit fu, non solum conuitum, sed etiam contumeliam infert. Quandoque vero representat aliquis alicui defecatum minorationis, sive indigentiae, qui etiam derogat honori consequenti quamcumque excellentiam: & hoc fit per verbum improperij. Quod propriè est, quando aliquis iniuriosè alteri ad memoriā reducit auxilium, quod contulit ei necessitatem patienti. Vnde dicitur Eccles. 20. Exigua dabit, & multa improperabit. Quandoque tamen unum istorum pro alio ponitur.

ARTIC. II.

298 *Vitium contumelia, seu conuitum, sit peccatum mortale?*
Inf. q. 158
a. 5. ad 3
& 1. Cor.
15. lett. 7
co. 2. si. Et
Gal. 3. in
prin
c. 8. to 5

A D secundum sic proceditur. Videtur, quod contumelia vel conuitum non sit peccatum mortale. Nullum enim peccatum mortale est actus alicuius virtutis. Sed conuitari est actus alicuius virtutis, scilicet eutrapeliae, ad quam pertinet bene conuitari, secundum Philos. in 4. Ethic.* Ergo con-